

## CAPUT UNDECIMUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Lapsus Davidis in adulterium cum B<sup>r</sup>thsabee, et homicidium Uriæ.

1. Factum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab, et servos suos cum eo, et universum Israel, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba; David autem remansit in Jerusalem. 2. Dum haec agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regie; viditque mulierem se levantem, ex adverso super solarium suum; erat autem mulier pulchra valde. 3. Misit ergo rex, et requisivit quem esset mulier. Nuntiatumque est ei, quod ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæ. 4. Missis itaque David nuntiis, tulit eam; quæ cum ingressus esset ad illum, dormivit cum ea: statimque sanctificata est ab immunditia sua, 5. et reversa est in domum suam concepto facta. Mittensque nuntiavit David, et ait: Concepit. 6. Misit autem David ad Joab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Joab Uriam ad David. 7. Et venit Urias ad David. Quesivitque David quare recte ageret Joab et populus, et quomodo administraretur bellum, 8. et dixit David ad Uriam: Wade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius. 9. Dormivit autem Urias ante portam domus regie cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam. 10. Nuntiatumque est David a dicentibus: Non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam: Numquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam? 11. Et ait Urias ad David: Arca Dei et Israel et Iuda habitant in papilionibus, et dominus meus Joab, et servi domini mei super faciem terræ manent; et ego ingrediar domum meam, ut comedam et bibam, et dormiam cum axore mea? per salutem tuam, et per salutem anime tue, non faciam rem hanc. 12. Ait ergo David ad Uriam: Mane hic etiam hodie, et cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illa et altera; 13. et vocavit eum David ut comederer coram se et biberet, et inebriavit eum: qui egressus vespero, dormivit in strato suo cum servis domini sui, et in domum suam non descendit. 14. Factum est ergo mane, et scripsit David epistolam ad Joab, misitque per manus Uriæ, 15. scribens in epistola: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium, et derelinquite eum, ut percussus intereat. 16. Iguit cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos. 17. Egressaque viri de civitate, bellabant adversum Joab, et ceciderunt de populo servorum David, et mortuus est etiam Urias Hethæus. 18. Misit itaque Joab, et nuntiavit David omnia verba prælia, 19. præcepitque nuntio, dicens: Cum compleveris universos sermones belli ad regem, 20. si eum videris indignari, et dixerit: Quare accessistis ad murum, ut præliaremini? an ignoravistis quod multa desperar ex muro tela mittantur? 21. Quis percussit Abimelech filium Jeroaba? nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, et interfecit eum in Thebes? quare juxta murum accessistis? Dices: Eliam servus tuus Urias Hethæus occubuit. 22. Abiit ergo nuntius, et venit, et narravit David omnia quæ ei præcepérat Joab. 23. Et dixit nuntius ad David: Prævaluerunt adversus nos viri, et egressi sunt ad nos in agrum, nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis. 24. Et direxerunt jacula sagittaria ad servos tuos ex muro desperar, mortisque sunt de servis regis, quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est. 25. Et dixit David ad nuntium: Haec dices Joab: Non te frangat ista res; varius enim eventus est belli: nunc hunc, et nunc illum consumit gladius; conforta bellatores tuos adversus urbem, ut destruas

eam, et exhortare eos. 26. Audit autem uxor Uriæ, quod mortuus esset Urias vir suus, et planxit eum. 27. Transacto autem luctu, misit David, et introduxit eam in domum suam, et facta est ei uxor, peperitque ei filium; et displicuit verbum hoc, quod fecerat David, coram Domino.

x. 1. 4. FACTUM EST AUTEM, VERTENTE ANNO EO TENORE, QUO SOLENTE REGES AD BELLA PROCEDERE, — scilicet exacta hieme, in vere sequenti anni, putu in marito, quo Mars dominari solet, et reges ad bella procedere.

MISIT DAVID JOAB, etc. — David vero domi remansit, ideoque incidit in adulterium et homicidium; unde Theodoretus, *Quæst. XV*: « David, ait, cum esset in acie, menlemque exercebat in bellis curia, ex legibus divinis vitam suam administrabat; parvas autem assuetus inducias, passus est lapsus. » Vide hic quem bellum, aut negotium prestat otio: negotium Davidem fecit easum, oīum adulterum.

OBSEDERUNT RABBA. — Erat haec urbs potens, regia et metropolis Ammoniorum, ita dicta a magnitudine: « Rabba » enim, vel « Rabbath », hebreæ idem est quod *multa*, id est magna, per enallagmum quantitatis discrete pro continua: quanquam vere erat quoque *multa* in numero incolarum et civium. Eadem dicta quoque est « Ammon » vel « Araman », et « urbs aquarum », cap. xi, vers. 27, eo quod Jacob torrens eam circumfluat. Denique a Ptolemeo Philadelpho, secundo *Egypti regi*, qui Biblio ex Hebreo in Graecum per sepluaginam Interpretis transferre curavit, subjugata; dicta est *Philadelphia*, quod non men huecum retinet.

x. 2. 2. ACCIDIT UT SURGERET DAVID DE STRATO SCIO POST MERIDIEN (1). — somno et cibo pastus distinxisse, ideoque in venerum proflvio: hujus enim stimulis sunt delicia regales, desidia et somnus: in somno enim fit cibi concoctio, cuius ultima pars est semen; quod enim corpori alendo superfluit, veritar in semen. Quapropter somnus matutinus castis periculosus est: tunc enim per acta concoctione reliquum alimenti et suscipit ictum sagittæ; audiunt curiosi, qui pulchritudines alienas considerant, » etc. Et S. Augustinus, *homil. 21*, inter. 50: Sit, inquit, casus majorum, tremor minorum, » etc. « Boni viri, Ecclesiæ filii, et in Christi amore perfecti, audientes tam sancti viri ruina, abstinent oculos, non eos diligunt in pulchritudine carnis alienæ, etc. de longe vident ilam David, sed manu nec muther longe, libido prope; numquid in fortior Davide, Solomone sapientior? Si illos tam sanctos viros inculta familiaritas multicerum, et perniciosa blandimenta vicirunt; quid de se cogitant illi qui cum extraneis mulieribus, non solum conversari, sed in eadem domo manere nec metunt, nec erubescunt, » etc. Addit S. Augustinus nimis prosperitatem et abundantiam fusse Davidi ruina causam: « Idecirco, inquit, adversus felicitatem acris viglandum est. »

Denique Tornielius censet Davidem peccasse cum Bethsabee anno regni sui 15; Salianus vero et Pineda anno regni 19, atalas vero 49; et hoc verius videtur, ut ostendam cap. xii, vers. 24. Hic enim annus est septimus climactericus, qui

(1) Regionum ad meridiem usum nunc adhuc habent incola dormienti per diec aestus.

magnam inducit naturae indeque affectum mutationem, sicut nonus climactericus est annus 63, qui multis magnam alterationem, ac non paucis mortem afferit.

BETHSABEE FILIA ELIAM. — Tradunt Hebrei apud S. Hieronymum hunc Eliam fuisse filium Achitophel, ideoque Achitophel postea conjurasse cum Absalom contra Davidem, ut vitium nepiti sue a Davide illatum alisceretur. Id probabile esse censem in Hugone Salianum. Poterat enim Achitophel avus 60 esse annorum, Eliam pater 40, Bethsabee filia 18. Idem consent Abulensis, Dionysius et alii. Porro « Eliam » transpositis litteris, « Ammeli » vocatur I Paral. III, 3 : « Ammeli » enim Hebraice idem est quod *populus meus Deus* : « Eliam » vero idem quod *Deus mens populus*. Denique « Eliam » filius Achitophel fuit unus ex triginta fortibus Davidis, ex quo ac Urias Hethaeus, ut patet II Reg. xxx, 34 et 39, fieri potest ut inde coherderit affirmatur Urius cum Eliam, dicitur eius filius in uxorem, quod uteque esset in cohorte et domo fortium Davidis, ejusque pater Achitophel esset vir sapiens, celebris et consiliarius regis. Tandem Bethsabee (qua corrupte a Greecis et multis Latinis nominatur *Bersabea*) Hebraice dicitur *Beth Seba*, id est filia saturatis, vel *Bat Sua*, id est filia divitiorum vel salutis, att Paganus, in talis evasit, postquam penitentis Davidis uxor facta, sanctam cum eo egit vitam, imo evasit prophetissa, et Salomonem filium ad omnem pietatem eruditivit, ut ostendi Prov. xxxi, 4 et seq.

UXOR URIE HETHEI. — hoc est Gethæi, inquit nonnulli, qui scilicet erat ex fortissimis et antiquissimis militibus Davidis, qui eum in Geth frequentem secuti fuerant, ideoque dicebantur *Gethæi* vel *Gethæi*. *Geth* Hebraice significat *torcular*, idque hic est appossum : nam ibi cum Davide torcularum persecutio Saulis pressus fuit Urias, ac simili, immo majori torculari hic oppressus a Davide. Verius Adrichomius in *Descriptione tribus Iuda*, num. 128. *Eth.* inquit, sive *Heth* locus est in regione Hebronis, quem *Ethæi* sive *Hethæi* populi, ab *Ethæo* sive *Hethæo* filio Chanan orti, incoluerunt : a quibus Abraham speluncam duplice emit. Ex hec etiam loco Urias, qui, ut Davidem excusen a peccato, dicunt Uriam sequere ac exercitus milites ad bellum euntes, uxori deinde libellum repudiari ; quare illam jam repudiata et lege solutam potuisse nubere Davidi ; verum hoc falsum esse liquet, ex eo quod David Uriam e bello acciunctum sibi donum ad uxorem suam redire, idque se facturum neget Urias vers. 41.

Porro S. Epiphanius in *Vita Nathan Prophetæ*,

et ex Abulensi assert Nathan absentem in spiritu prævidisse concupiscentiam Davidis, quare ut eius peccatum impidet, festinante perrexisse Hierosolymam ; sed Beliar, vel potius Belial, id est diabolus ei objecisse remoram, nimis mortuum quedam nudum, quem dum sepelit Nathan, David adulterium commisit. Cujus rei fides at pene S. Epiphanius.

Mystice (quod novum et mirum est), Patres pl-

theus, sed quod in terra Hethæorum habasset. Serarius vero putat Uriam dici Hethæum, quod ipse aut ipsius pater contra Hethæos preclaris quippe gessisset, quemadmodum Archias dictus est Samius apud Herodotum, lib. III, cum esset aliqui Lacedemonum. Denique Josephus : « Urias, inquit, erat civis Hierosolymitanus magna, ob fortitudinem tam apud regem, quam contribuiles, gloria. » Hierosolymitanus, » intellige habitatione, aut nativitate, quod ibi natus esset, licet oriundus ex *Heth*, uti dixi.

4. DORMITIV CUM EA. — Adulterum cum ea comisit. Mirus et profundus fuit hic sancti regis, Psalmi et Prophetæ Davidis lapsus, qui docet nos, in timore et tremore operari salutem nostram. Nam S. Basilus, hom. 22 *De Humilitate*, et in *Legulis brevier*, resp. 81, docet causam lapsus et negationis S. Petri fuisse presumptionem qua dictabat : « Et si oportuerit mihi mori tecum, non te negabo. Et si omnes scandalizari fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. » Sicet causam lapsus Davidis in homicidium et adulterium fuisse Davidus eamdem presumptionem, quod scilicet semel gratia singulari visitatus dixerit illud Psal. xxix, vers. 7 : « Ego dixi in abundantia mea : Non morbor in eternum. » Unde mox pncnam subdit : « Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus. » Idem Psalm. cxviii, 67 : « Prinsquam, inquit, humiliarer, ego deliquer; propterea eloquum tuum custodi. » Hinc S. Franciscus suis dabit hoc documentum : « Cum gratiam acceptarem a Deo, dixi : Domine, custodi in me thesaurum tuum, quia ego illius latro sum. » Ita S. Bonaventura in eius Vita, cap. *De studio orationis*. Quocirca S. Columbanus adolescenti (ut habetur in eius Vita, cap. ii), pñ feminæ hinc dedit salutis et casitatis monitum : « Reminisceris susu Eve Adam dilapsum, Samsonem a Dalila seductum, David a prisina justitia pulchritudine Bethsabæ corruptum, sapientissimum Salomonem, etc. Perge, o juvenis, perge, evade ruinam, per quam multos comparis corruisse; declina viam quæ inferi ducit ad valas. » Nungantur hic Rabbinî in Talmud, qui, ut Davidem excusen a peccato, dicunt Uriam sequere ac exercitus milites ad bellum euntes, uxori deinde libellum repudiari ; quare illam jam repudiata et lege solutam potuisse nubere Davidi ; verum hoc falsum esse liquet, ex eo quod David Uriam e bello acciunctum sibi donum ad uxorem suam redire, idque se facturum neget Urias vers. 41.

Porro S. Epiphanius in *Vita Nathan Prophetæ*,

et ex Abulensi assert Nathan absentem in

spiritu prævidisse concupiscentiam Davidis,

quare ut eius peccatum impidet, festinante perrexisse

Hierosolymam ; sed Beliar, vel potius Belial, id

est diabolus ei objecisse remoram, nimis mortuum

quedam nudum, quem dum sepelit Na-

than, David adulterium commisit. Cujus rei fides

at pene S. Epiphanius.

Mystice (quod novum et mirum est), Patres pl-

rique adulterium Davidis interpretantur de Christo Ecclesiam gentium sibi desponsante. Unde S. Ambrosius libro III in *Lucam* : « Mysterium, ali, in figura, peccatum in historia; culpa per hominem, Sacramentum per Verbum. » Quasi totum mysterium in eo fuerit, ut Verbum alienam naturam ad suam hypostasin, sicut David alienam uxorem ad suum thalamum conjugari: deinde item typum gesserit Christi domini Ecclesiam sibi ex Gentibus in sponsa cooptans. Ha quoque S. Augustinus, lib. XXII *Contra Faustum*, cap. lxxxvii : « Iste, inquit, David graviter scelerat peccatum; verum tamen ille desiderabilis omnibus gentibus, ad manu Ecclesiam super tectum se levantem, id est, mundantem se a sorribus sanctis, et domum lauream spiritali contemplatione transcendentem atque calcantem. » Ac si diceret : Quamvis David alienam sibi uxorem assumendo graviter deliquerit, tamen Christum Dominum sibi Ecclesiam pro Synagoga desponsantem significavit. Addit S. Augustinus et ex eo Beda, David occidisse Uriam, id est Christum occidisse diabolum, elque extorsisse sponsam, scilicet Ecclesiam genitum. *Tertio*, S. Gregorius, lib. III *Moral*, cap. xxi : « David, ait, est Christus, Bethsabæ est lex vetus, quam Christus sub Urâ, id est, audebas abstulisti sibi que junxit, quia per se ilam prædicari declaravit. » Idem ex S. Gregorio descripsit Eucherius, Angelomus, Rupertus et alii; assimilata habet S. Ambrosius, *Apolog. I* Davidis, cap. iii. *Pergit S. Gregorius*: « Urias ad Joab cum epistolis, ex quibus occidi debeat, mittitur; quia idem ipse Iudeus populus legem portat, qua convincere moriatur. Dum enim mandata legis retinens, implere renitur, ipse defert iudicium, unde dannetur. » Unde concludit : « Quid per factum istud Davide scelus? quid Urius mundus dici potes? Sed rursum per mysterium, quia Davide sanctus, quid Urius infidelus inventur? Quando et ille per vita culpam, propheticæ signat innocentiam, et iste per vita innocentiam, in propheta exprimit culpa. »

Et ego alioquin non sunt propriæ et pri-  
legiæ meæ classis, sed secundæ et impræpriæ, quia laxiores sunt, nec ex aequo respondent literæ et his-  
toriae. Est enim in eis aliqua quadam propria  
et analogia, at non per omnia similis, sed in multis  
dissimilis. Quod enim David fecit cum peccato,  
hoc Christus fecit ex sanctitate et misericordia.  
Quare in his allegoriis David non tam spectandus  
est, ut initio adulterans cum Bethsabæ, quam ut  
postea eam sibi copulans matrimonio. Sic enim  
representavit Christum despondentem sibi Eccle-  
siam ex Gentibus.

Rursum Urias vir fortis, fidelis et pius, non apte  
representat diabolum, nisi quatenus ipse fuit He-  
thæus. Si enim per Hethæum accipias Gethæum,  
oriundum ex Geth, urbe Philistinorum; vel He-  
thæum, id est oriundum ex Hethæo, qui erant  
una ex septem gentibus Chananeorum, quas Deus

deleri jusseral, uti nonnulli accipiunt; sic recte Ursas representat diabolum, utpote patrem im-  
piorum et infidelium, quales erant Hethæ et Chananei. Vide nostrum Salmeronem, *Prolegomeno* 9, capite x et xi. Simili modo Osce jussu Dni cap. i, meretrem duxit in uxorem, ut representaret Deum et Christum, qui in Ecclesia sibi copulat idololatras, qui ante cum idolis mystice forniciabantur.

STATINIQUE SANCTIFICATA EST AB IMMUNDITIA SUA,  
— q. d. Abhuit corpus aqua lustrali, ritu legis ve-  
teris. *q. d.* Sanctificata, » id est benedicta, itaque emundavit se ab irregularitate legali, contracta ex congressu cum David, juxta legem *Levit.* cap. xv, vers. 48, verum peccatum, sive culpam adul-  
terii non abhuit; hec enim non aqua, sed pœni-  
tentiæ et lacrymis abluenda est.

5. MITTENSQUE NUNTIAVIT DAVID, ET AIT : CON-  
CEPI, — q. d. Ait S. Chrysostomus in *Psal. I*: « O  
rex, perit. Et ille ait: Quid habes? Praegnans, in-  
quit, sum. Peccati mei pullulat fructus, accusato-  
rem intrinsecus habeo, in ventre profero proditorem. Si venerit et viderit vir meus, quid dicam,  
quid loquar? quam excusationem pretendam?  
Inveniet me gravidam, et occidet me. » Unde mori-  
litaris infert Chrysostomus : « Vide et admiram,  
Fratres, quantum mali sit delictis et pecca-  
tis obnoxion fieri. Rix militum timet, et formidat  
subditum, imperator coronam capite gestabat, et  
confusione opprobria metuebat. »

6. MITTE AD ME URIAM HETHEUM. — Causa fuit, V. 13, ait Abulensis, ut David liberaret se infamia adul-  
terii, et Bethsabee a morte, ob idem adulterium  
ab eo perpetratum : vocavit ergo Uriam, ut si pura-  
tur rem habuisse cum Bethsabee uxore sua,  
itaque in fians quem ex Davide secreto conceperat  
Bethsabee, putaret esse filius Urias maritus, non  
Davidis adulteri. Si enim Urias post longiorum  
temporis moram rediisset uxore gravida vel pa-  
rienti, omnibus notum fuisse hunc filium non  
esse Urias, sed alijcius adulteri, ac tandem inqui-  
sitione facta reprehensus fuisset David adulter-  
er, esse hujus fatus parens, ita Chrysostomus in  
*Psalm. L.*

11. ET AIT URIAS (vir robustior spiritu quam  
corpori) AD DAVID : ARCA DEI ET ISRAEL (milites et  
decom tribus obsidentes Rabba) ET JUDA HABITANT  
IN PAPILONIBUS. — Hinc patet arcum per Abiathar  
ponitum ducitam fuisse ad castro et obsidionem  
Rabba, ut de ductu et ope eam expugnaret.

ET EGÓ INGRÉDIA DOMUM MÉAM, UT COMEDAM ET  
BURAM, etc., PER SALUTEM TUAM ET PER SALUTEM ANI-  
MÆ TUE (juro quod) NON FACIAM REM HANC. — O  
militem fortem et sanctum, qui tamen indiget  
sua fide et robore mercedem retulit a Davide,  
utpote ab eo morti destinatus. Ita pñ hic oppri-  
muntur, ut in futuro Christi iudicio exalentur,  
bæntur et glorificantur coram omnibus Angelis  
et hominibus. Idem quod Urias, dicit faciatque  
Chrishianus generose pro Deo et animarum salute

laborans, ac labori succumbens et occumbens, sed orientis quieti et glorie beatae eternitatis. Unde Urius Hebreus idem est quod, *lux mea Deus, vel ignis meus Deus; Hethus idem est quod, abscondit sicut S. Augustinus, lib. XXII Contra Faustum, cap. LXXXV.*

**Vers. 12.** **13. ET INERRAVIT EUM**, — ut ebrini domum rediret, et cum uxore dormiret, itaque ipsa ex eorum non ex Davide fuisse concepisse putaretur. Vide hic ut unum peccatum trahat aliud. En David ut adulterio tegat, procurat fatum suum supponere Urius; quod erat crimen iniustitiae. Sic hodie adulterio filios ex adulterio suspectos supponunt et arrogant sumi maritii; itaque fraudem et iniustitiam committunt, dum hac suppositione efficiunt ut maritus eos quasi suos alat, et heredes institutum cum dannis verorum filiorum; ad cuius damni restitutionem tenentur adulterio, quia ejus causam dederunt. Rursum David, ut hanc faecili sui suppositionem adornet, Uriam inebriat, quod tertium fuit ejus peccatum. Ut atque Augustinus, serm. 234 *De Temp.*: «Qui alterum cogit, ut se plus quam opus est, bibendo inebriet; minus malum ei erat, si carnem ejus vulneraret, quam ejus animo per ebrietatem noceret.» Et inferioris ait eum sacrificare diabolo. Et S. Ambrosius, *Apologet. 2 David* cap. III: «Oculis, ait, excusat libido, sed ebriate succedit; Nos ebriatus est, et qui non inebriat est diluvio, inebriat est in vino.»

**Vers. 14.** **14. SCRIPSI DAVID EPISTOLAM AD JOAB,** misericorde per manum Urile, — quia scriberebat Joab, ut curaret Uriam ab Ammonitis occidi. Unde littera Urius aequa ac *Bellerophontes* apud Lucianum, abiurunt in proverbiis, ac de illis dicuntur, qui litteris sui danni necesse causas perferunt. Opinari noster Sanchez ex hisce litteris Urius Gentiles finxisse fabulam *Bellerophontis*, quod scilicet ipse acceptis commendatiis a Prelate rege litteris ad Jobanum (quod nomen alludit ad Job hic) in mortem precipitatus sit. Sic ex Moysi cum Deo loquente accepterunt fabulum Minois cum Jove colloquenter; ex Samsonis, fabulam Heronis, alias plura similia, teste Clemente Alexandrinico, lib. II *Strom.* Fuit hoc quantum et gravissimum Davidis peccatum, que ut colaret adulterium ac adultera secure et jugiter frueretur, curavit occidi Uriam militem fortissimum, sibiique fidissimum, ne scilicet ipse post bellum dominum rediens, vidensque uxorem gravidam vel parientem, sciens se cum ea rem non habuisse, eam ut adulterum traducerebat, immo occideret, neve ipsa ad sui tutelam Davidem auctorem prolis concepta Urius assignaret et proderet. Porro homicidium Davidis valde aggravatus modus hic, quo eum occidit, qui fuit fraudulentus et pruditioris: «Sic ex virtute vitium gignatur, ait Isidorus, sicut David non evitavit adulterium, perpetrat et homicidium.» Vide hic rursum quam libido, sibi blanda, alii sit seva et crudelis; ut enim sua voluptati sola

indulget, alios ea excludens, ablegat vel occidit. Mysticus Rupertus, libro XI *De Divinis Officiis*, cap. I: «Tulit David uxorem, inquit, Uriam Elhai, ipsumque Uriam fecit occidi ferentem in manus sua scriptam mortis sue sententiam; grave quidem committens placitum secundum rem gestam, sed grande presignans mysterium per Christum regem vite, manu forte atque desiderabilem, suo tempore peragendum,» etc. Rursum D. Thomas, *Pref. in epist. Canon.*: «Littera mortis sue, ait, portavit viri literari qui scimus et docent, et non faciunt. Iste sunt littere sine signo, id est scientia sine vita, et ideo non creditur ei.»

**15. POSUIT URIAM IN LOCO, ubi SCIBERAT VIROS** esse FORTISSIMOS. — Addit Josephus, Job Urius commandasse fidem et strenuum, ut usque ad mortem pro Davide et Israele pugnaret, ac socios Urius secreto monuisse ut cum in pugna deserrent, atque ab hostibus cingi casique permittent. Quid haec re magis pruditior aut scelestum dici fingique potest? Porro S. Hieronymus, lib. I *Contra Joannicum*, asserit Davidem propter homicidium Urius a Deo prohibitum *adificationes templi*, sed graviores ejus poenas audierunt cap. sequenti.

**16. ET MORTUUS EST ETIAM URIAS.** — Ecce hic consummatum Davidis ingrati hominem, cuius indignitatem graphicis depingit et exaggerat Abrahams hic, *Quest.* V in cap. XII. Porro permisit Deus tam graviter labi Davidem: *Primo*, ut eum humiliaret, ut scilicet ipse sciret se, licet per gratiam esset sanctus Propheta, et *Psalmographus*, tamen per naturam esse hominem fragilem et prolixi in peccata, ut sint ceteri. Unde ipse idipsum iam lapsus confiterit in *Psalm.* L: «Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.» *Secundo*, ut eius lapsus et erectione Deus suam justitiam aequa ac misericordiam ostenderet; justitiam in peccati castigatione, misericordiam in culpe condonatione: sicut quo major est morbus vel vulnus, eo major medici curialis peritia et efficacia ostenditur, ait S. Chrysostomus in *Psalm. L. Tertio*, ad aliorum exemplum, ut omnes a Davide lapsi discant eavere lapsus occasiones, ac presentem incautos feminarum aspectus. Audi S. Ambrosius *Apologet. 2 Davidis*, cap. III: «Non te vineat cupiscentia forma, si non vis vinci; non congre-  
dare peccatum, ne de te vita coronetur: neque capiaris oculis, neque abriparis palpibus. Vilis tibi mulier videtur ad preium, sed fortis ad vitium: que virorum pretiosas animas capit.» *Probat* id ex *Proverb.* cap. VI: «Ligabit quis agem in simi, vestimenta autem non comburebit vel ambulabit quis super carbonem ignis, pedes autem non comburebit? Cave ergo et tu ne intra simus mentis ignem libidinis et amorem accendas.» Et inferioris: «Si David infirmus, tu fortis? si Salomon lapsus est, tu immobils? si Paulus primus peccatorum, tu potes primus esse sanctorum?»

**17.** **Quarto**, ut, si nos labi contingat, non desperemus, sed cum Davide penitendo resurgamus, ac lapsus sit nobis stimulus ad maiorem rigorem et virtutem. Unde S. Augustinus, *homil. 21 inter 50:* «Multi, ait, cadere volunt cum David, et nolunt surgere cum David, etc. Audent, qui non cedent, non cadant: audiant qui cedentur, ut sustentant. Peccatum cum desperatione certa mors,» etc. Et S. Prosper, lib. II *De Predict.* cap. XXVI: «David, ait, positus est in exemplum fidelibus, ut discant magis timere prospera, quam formidare adversa. Periculorum enim est anima dimitti in voluptatibus suis, dilecto domino: Ecce quem diligo castigo.» *Proverb.* cap. III, vers. 10; *Apoc.* cap. III, vers. 19.

**18.** **Vide S. Ambrosius** in duabus *Apologiis* suas pro Davide conscripsit, ubi priore libro cap. II, sic ait: «Sancti siecubi forte, ut homines, corruerunt nature magis fragilitate quam peccandi libidine; acierios ad currendum resurgent, pudoris stimulo majora reparantes certamina; ut non solum nullum attulisse astinetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitas incentivat cumulasse.» Et nonnullis interjectis: «Propositi enim ad imitandum nobis sunt, et ideo curatrum est ut ipsi aliquando laberentur. Nam si inofensum a vitis inferi tot libricia huius seculi curriculum peregrinarent, dedissent nobis occasionei infirmioribus estimandi, cuiusdam superioris naturae ad divina fuisse, ut delictum recipere, et culpe consortium habere non possent.» Unde post pauca concludit: «Praesterit igitur paulisper illos Dei gratia, ut nobis ad imitationem vita eorum fieret disciplina, et sicut vanocie, ita et penitentie magisterium de eorum actibus sumeremus. Ergo dum lapsus eorum lego, consortes etiam illos infirmatis agnosco: dum credo consortes, imitandos esse presumo.»

**19.** **20. PLANKIT EUM;** — Uriam maritum suum. Planctus hic apud Hebreos erat septimum dicatum, ut ait Ecclesiasticus, cap. XXII, vers. 13. Romani tamen, et postea Christiani Imperatores, ut Gratianus et Theodosius, statuerunt uxori anno ad lugendum mortem mariti, ita ut non nisi exacto anno

## CAPUT DUODECIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*David a Nathan correptus patinet; Deus percutit ejus filium, vers. 15, cui vitium fendo et jejunando flagitat David, sed frustra; quare David ex Bethsabee general Salomonem Deo dilectum. Benigne, vers. 27, David expugnat Rabbath, ejusque cives atrociter trucidat.*

**1.** Misit ergo Dominus Nathan ad David; qui cum venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives, et alter pauper. 2. Dives habebat oves, et boves plurimos valde. 3. Pauper autem nihil habebat omnino, prater ovem unam parvulam, quam emerat

et nutrirat, et quæ creverat apud eum cum filii ejus simul, de pane illius comedens, et de calice ejus bibens, et in sinu illius dormiens; cratque illi sicut filia. 4. Cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de oibus et de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se, tuit ovem viri pauperis, et preparavit cibos homini qui venerat ad se. 5. Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. 6. Oves redierunt in quadruplum, eo quod fecerit verbum istud, et non pepercerit. 7. Dixit autem Nathan ad David: Tu es illa vir; haec dicit Dominus Deus Israel: Ego unxi te in regem super Israel, et ego erui te de manu Saul. 8. et dedi tibi domum domini tui, et uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel et Iuda; et si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora. 9. Quare ergo contempsti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethænum percussisti gladio, et uxorem illius acceperisti in uxorem tibi, et interfecisti cum gladio filiorum Ammon. 10. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod despiceris me et tuleris uxorem Uriæ Hethæni, ut esset uxor tua. 11. Itaque hoc dicit Dominus: Ecce, ego suscitabo super te malum de domo tua, et tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoris tuis in oculis solis hujus. 12. Tu enim fecisti abscondebit; ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis. 13. Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum; non morieris. 14. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morieris. 15. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum quem pepererat uxor Uriæ David, et desperatus est. 16. Deprecatusque est David Dominum pro parvulo; et jejunavit David jejuno, et ingressus seorsum, jacuit super terram. 17. Venerunt autem seniores domus ejus, cogentes eum ut surgeret de terra; qui noluit, nec comedit cum eis cibum. 18. Accidit autem die septima ut moreretur infans; timueruntque servi David nuntiare ei quod mortuus esset parvulus; dixerunt enim: Ecce, cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, et non audiebat vocem nostram, quanto magis si dixerimus: Mortuus est puer, se affligit? 19. Cum ergo David vidisset servos suos mussantibus, intellexit quod mortuus esset infantulus; dixitque ad servos suos: Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est. 20. Surrexit ergo David de terra, et lotus unctusque est; cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini, et adoravit, et venit in dominum suum, petivitque ut poneat ei panem, et comedat. 21. Dixerunt autem ei servi sui: Quis est sermo quem fecisti? Propter infanteum, cum adhuc viveret, jejunasti et flebas; mortuo autem puer, surrexisti, et comedisti panem. 22. Qui ait: Propter infanteum, dum adhuc viveret, jejunavi et flevi; dicebam enim: Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, et vivat infans? 23. Nunc autem quia mortuus est, quare jejunem? Numquid potero revocare eum amplius? ego vadam magis ad eum; ille vero non revertetur ad me? 24. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam, ingressusque ad eam, dormivit cum ea; que genuit filium, et vocavit nomen eius Salomon, et Dominus dilexit eum. 25. Misitque in manu Nathan propheta, et vocavit nomen eius, Amabilis Domini, eo quod diligenter eum Dominus. 26. Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, et expugnabat urbem regiam. 27. Misitque Joab nuntios ad David, dicens: Dimicavi adversum Rabbath, et capienda est urbs Aquarum. 28. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, et obside civitatem, et cape eam, ne, cum a me vastata fuerit ursa, nomini meo ascribatur victoria. 29. Congregavit itaque David omnem populum, et profectus est adversum Rabbath; cumque dimicasset, cepit eam. 30. Et tulit diadema regis eorum de capite ejus, pondus auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, et impositionis est super caput David. Sed et prædam civitatis asportavit multam valde; 31. populum quoque ejus

adducens serravit, et circumgeit super eos ferrata carpenta, divisitque cultris et traduxit in typo laterum; sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon. Et reversus est David, et omnis exercitus in Jerusalem.

1. MISIT ERGO DOMINUS NATHAN AD DAVID. — Vide quam cœcus per peccatum evaserit David. Nam per novem menses quibus Bethsabee ex eo conceptionem fecit utero gestavit et peperit, quasi Dei et sui oblitus, non cogitavit quanta seclera adulterii et homœidū commisisset, sed securus voluptatibus eum Bethsabee indulgebat. Idecero Deus eum miserens misit ad eum Nathan, qui seclera gravitatem ei ostenderet, ac penas a Deo decreta denuntiaret.

« Nathan » hic alias fuit a Nathan filio Davidis et fratre Salomonis, utpote parvulo, et forte secundum genito. Hic enim Nathan fuit propheta familiaris Davidi, cum quo negotia sua tractare ejusque consilia sequi solebat David: ideoque miseruit hic ab eo corripi, et a via gehemna in somnam salutis reduci. David enim ita diligebat Nathan, ut ab eum unum filiorum suorum vocaret Nathan, ut alii Genebrardus.

DUO VIRI ERANT IN CIVITATE. — Nathan sapienter non aperit, sed per ambages orditum correptionem, ut regis animum amorphis sopitum et superbum a sonno peccatorum excitat. Festivam ergo ei proponit parabolam, per quam gratiōe ei seclera sui enormitatem ostendit, ne, si clare idipsum faceret, rex excedesset, et correptionem sperneret, diceretque, ait S. Augustinus, *homil. 21 inter. 30*: « Tu cum sis pauper et humili, quomodo ausus es milii loqui regi? » Quare sermonem inducit, quasi de alio aliquo, non de Davide ageret: ut David alium videatur damnare, non seipsum; unde Graci codices nonnulli hi prefingunt: *Romania*, vel *responde mihi iudicium*. Usus est ergo parabolam, ut suo seipsum iudicio rex damnaret, neque ipsum irritaret: « Ad secundum et samandum vulnus cordis ejus, irrammentum fecit Deus de lingua ejus, » inquit Augustinus, *homil. 21*. « Sed velut prudens medicus ferrum tegebat, » parabolico secllet velamento.

Porro hic est sensus, et hac applicatio Parabolæ: a duo viri, sunt David et Uras; ille dives, hic pauper; David multas habebat oves, id est, uxores; Uras unicam, secllet Bethsabee: hanc ei admittit David per adulterium, itaque gravem ei intulit injuriam, ac seipsum reum fecit mortis presentis et aeternæ. Ita Abulensis et alii.

5. FILIUS MORTIS EST VIX QUO NOC FECTUS. — q. d. Reus est mortis. Vox enim « filius », Hebreis cum jungitur genitivo poenæ vel premii, idem est quod *reus*, vel *dignus*. Sic filius mortis, ire, gehenna, est reus mortis, ire, gehenna: filius vita, gloria, resurrectionis, idem est quod dignus vita, gloria, resurrectione.

6. OVEN REDDET IN QUADRUPLEM. — Haec enim

restitutio furi ovis indicitur, *Exodi xxii, 1*. Vide ibi dicta.

8. ET DEBI TIBI DOMUM DOMINI TUI, ET UXORES DOMINI TUI IN SINU TUO. — Pro uxores Hebreæ est *בָּנָתָנִים*, quod non tantum uxores, sed et feminas qualsibet significat. *Femina* autem, id est *fille* Saulis fuere Merob et Michol quas Deus David dedit uxores: Merob enim a Saul fuit despontata Davidi, fuit postea per fraudem Saul illi eamdem abstulerit. Rursus Hebrei tradunt Eglam, uxoram Davidis, fuisse prius uxorem Saulis, aequo ad Respham: sed hoc refutat Abulensis hic, *Quest. III*. Denique hic non tam significatur actus, quam jus et potestas. *Abi* scilicet David succedens Sauli in regno, habuerit ius in ancillis et uxoris Saulis, ut posset eis, si vellet, sibi matrimonio copulare. Ita Lyranus, Abulensis et alii.

10. QUAMOBREM NON RECEDET GLADIUS DE DOMINA USQUE IN SEMPER NUNCIUM, — non absolute, sed respective, scilicet respectu domus Davidis et Israëlis, q. d. Quando durabit tunc regia stirps, et quando durabit regnum Israëlis, faciunt ut gladius semper incumbat tibi, dominique tuo; nec ab ea recedat, q. d. Tu gladius Ammonitarum Uriam occidisti, idecero in ponam non unus, sed multi et filii et posteris tuis gladio occidentur. Ita factum: nam ex filiis Davidis occisi quatuor, scilicet hic parvulus vers. 15, Ammon, Absalom, et Adonias, et forte plures alii. Deinde posteri Davidis excepto Salomonem continua cum hostiis bussere bellâ, in quibus multi Israëlite, et prognati ex Davide et fratribus ejus occisi sunt. Ita Abulensis, Salianus et alii.

11. ECCE EGO SUSCITABO SUPER TE HALUM DE DOMINA RUA, — ut scilicet Absalom filius tuus persequeatur te. Nam, ut ait S. Chrysostomus in *Psalm. iii*: « Unde est fons peccati, illius est plaga suppellici; quia ergo a præcepto Domini exul fugitique fuerat, propriece filium fugiebat. » Et mox: « Nisi peccatorum scintillas occultas et, dominus non conflagraret. » Morale deinde documentum subdit, eos, qui in juventute cum mulieribus peccarunt, posita incidere in uxores molestas et fixas, a quibus præterita libido per deum castigatur, iuxta illud *Ecclesiast. vii, 27*: « Qui autem peccator est, capitur ab illa, » quasi ab amori antidoto, quod peccatorum malos humores consumat. Audi Chrysostomus: « Uxor tecum bellum gerit, ingresso tanquam fera occurrit, linguan tanquam gladium acutum. Res quidem valde molesta ac difficultis, quod auxiliatrix adversaria facta est: te ipsum tamen examina, numquid in juventute in mulierem novi quid attentaris, et quod mulieri a te vulnus inflictus

est, curetur per mulierem, et alienum uelus propriu[m] uxori chirurgi officio fungens medicetur; et quamvis que secederent ignorare, novit tamen Deus medius. Ipse enim ea tanquam ferro adversus te usus est; et quemadmodum ferrum nescit quid agat, futuram autem per ferrum modelans novit medius; ita etiam licet ignoret uxor quae ferit, et maritus qui feritur, causam ictus, Deus tamen ut medius novit quid conferat.

**42. EGO AUTEM FACIAM, etc., IN CONSPICUT SOLIS.** — Absalom enim publice in solario coram toto Israele violavit uxores patris sui, cap. xvi, 22, nimirum sic congrua talione solarium supplicii correspondit solario adulterii, unde David prospexit et concupivit Belusabe, Atque parum hoc est: Inspern respondit sol solario, vel potius meridianus sol vesperino jam temporis, cum post meridiem David deambulavit in solario. Dicitur enim est illi: « Tu fecisti abscondite; ego autem faciam verbum istud in conspicut Israeli, et in conspicut solis. » Ergo adulterio nullum est oportunitum, sed Deus illud licet occultum in lucem educti et propalat, sicut propalavit hic omnibus non tantum Israelet, sed et gentibus, adeoque seculis futuri mox huius et cedens Davidis. Quanta ergo erit confusio adulteris et scelerum in die iudicii, ubi coram omnibus Angelis et hominibus Christus cuiusque criminis patefaciet, arguit et dannabit?

**13. ET OIXIT DAVID A NATHAN : PECCAVI DOMINO, — IN DOMINUM, contra Dominum, idque coram Domino, eo vidente et intuite, esto coram hominibus idipsum colarim et abscondere, illo verbum, « peccavi », breve est; sed ex intimo cordis sini profectum, ac profundo humilitatis, compunctionis, penitentiae, religionis et charitatis sensu refutum, ut liquet ex Psalm. L, quem tum dicitur: « Misericordia mea, Deus, — ubi inter extera ait: « Tibi soli peccavi, et malum coram te feci. »**

Quocirca hanc Davidis vocem, « peccavi », Patres examinantes, mirifice exaggerant et celebrant. Primo, S. Ambrosius, *Apolog. 1 David*, cap. II: « Ille, inquit, rex tantus et potens, ne exigit quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam: sed prematrum confessione, atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino. Quem mihi nunc facile reperias honoratum ad divitem, qui, si angustiar aliquid culpe reus, non moleste ferat? At ille regio clarus imperio, tot divinis probatus oracula, cum a privato homine corriperet; quod graviter deliquerit: non indigneatus infrenuit, sed confessus ingenuit. » Idem S. Ambrosius, ibidem cap. IV: « Peccavit David, inquit, quod solent reges: sed penitentiam gessit, levit, ingenuit, quod non solent reges. Confessus est culpam, obsecravit, humi stratus deploravit errunnam, pejunavit, oravit, confessionis sunt testimonium in perpetua secula vulgato dolore transmisit.

Quod erubescunt facere privati, rex non erubuit confiteri. Qui temerit legibus, audet suum negare peccatum, defensione rogare indulgentiam, quam petebat qui nullis legibus tenebatur humanis. Quod peccavit, conditionis est; quod supplicavit, correctionis. Lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse, natura est; diluisse, virtus. » Idem rursus cap. IX, sic ait: « Quidquid personerit, quidquid increpatur, culpa ei propriata semper occurrit; quidquid fuerit dictum aut lectum, in se dictum putat: quidquid intendenter, se mutu, se oculis, signari potat: si epuletur, si cogitet, si ore, deprecetur, ante oculos ejus semper est error proprius: et momentis omnibus culpa pulsata conscientiam; nec quiesceret, nec obliviari sinet: velut gravis censor exagitat se ferro perpetuo. » Causam subdit Ambrosius: « Bone mentis est voluntu sentire peccati. Nam qui exercit doloris sunt, non sentiunt vulneris acerbitatem: quod est immedieabilis egreditur. Qui autem aliquo dolore punguntur, sicut doloris sensu non current, ita etiam non carent sanitatis profectu. Ubi enim doloris sensu, ubi etiam sensu est vita. » Denique S. Ambrosius, *Exhortat. ad penitent.*: « Peccavi in tribus syllabis, ait, flamma sacrificii ad cunctum ascendit. »

Secundo, S. Augustinus, lib. XXII *contra Faustum*, cap. LXVI: « Hic est, inquit, penitentia sacrificium, » et cap. LXVII: « Cordis ejus, inquit, profundus cernebat spiritus Dei, quando corruptus per Prophetam dixit: « Peccavi, continuoque ad hoc verbum audiens meruit, quod accepterit veniam: ad quam rem, nisi ad sempiternam salutem? neque enim praetermissa est in illo secundum communiationem, flagelli paterni disciplina; ut et confessus in eternum liberaretur, et afflictus temporaliter probaretur. » Si dicas etiam Saulem et Judaeum proditionem dixisse, « peccavi, » nee tamen ita penituisse, ut venientia sint adiutori. Respondit S. Augustinus: « In simili voce, quam sensus humanus audiebat, dissimile peccata erat, quod divinus oculus discernebat. » Idem Augustinus, homil. 21 inter 30: « Audi, inquit, Davidem clamantem, et simili clama: audi gementem, et congemisse; audi flentem, et colacrymare. » Unde liquet Davidem ex vehementia doloris interea prorupisse in profusa lacrimas, genitus et singulus, qui vocem illi intercepserint, ut non aliud effari posset, quam « peccavi Domino, tu esse liquet ex Psal. VI, 7, ubi ait: « Lavabo per singulas noctes lectum meum (in quo sensu commisi) et lacrymis meis stratum meum rigabo, » ubi pro *lavabo*, Hebreo est *languor ascle*, id est, *natura faciem*, q. 7. Tot fundata lacrymas non tantum nunc, sed per omnia deinceps vitam, ut his lectus sceleris conscius obruarit, inno instet.

Unde tertio, S. Chrysostomus in *Psalm. VI*, et homil. 77 ad *Populum*: « Ne consideres, ait, quod cecidit ut torpeas; sed quantum postea

lacrymarum fuderit, quantum penitentia noctes jungens diebus, fontes emitentes lacrymarum, lectum lacrymis abluens, saceum induitus, » etc. **Ex Salmo. Quarto, S. Salvianus, lib. III *De Gubernat. Dei*:** « Agnosco, inquit, David reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, penitet, gemmas regias abdlat, crepantia auro textili indumenta deposit, purpurea exiit, diademate exoneratur, corde et cultu mutatur, totum regnum eum ornatis suis abiicit, jejuno exiugitur, ardite siccatur, fletu effunditur, solitudine carceratur. »

**Ex S. Hilarius in Ps. cxviii, littera P, vers. ult.: Exultis aquarum :** David, inquit, tune cum Nathan prophetam argenteum crimen suum recognovit et floruit; nunc quoque non desinit vere penitentia lacrymis facti veteris crimen abluere, dicens: « Exultis aquarum transierunt oculi mei: fontes silicet lacrymarum surarum fontes fluminum esse transgressos. Hoc enim penitentia vox est lacrymis orare, lacrymis ingemisci, et per hanc confidentiam dicere: Lavabo per singulas noctes lectum meum, et lacrymis meis stratum memunigabo. Hec vera peccati est fonte fistulam flere, et largo lacrymarum imbre madefieri. »

**DIXITUR NATHAN AD DAVID : DOMINUS QUOCO TRANSTULIT PECCATUM TUUM. — PRO TULITU[m] HEbraicu[m] hebrei, id est, transire fecit, id est, amavit, absulit, et verum Septuaginta hic, ac Nostr et ali passim, *Zacharia*, cap. II, vers. 4, et *Psalm. cxviii*, vers. 35. Hinc patet quanta fuerit in Davide doloris vehementia, utpote cui dicens: « Peccavi, » Deus statim peccatum remiserit. Ita S. Ambrosius, *Apolog. 1 David*, cap. II: « Naturalis venit, inquit, profundum fuisse regis penitentia declaravit, que tanto erroris offensam traduxerit. » Idem docet S. Augustinus, lib. XXII *contra Faustum*, capite LXVII, imo ipsa David *Iustit. I*, dicens: « Sacrificium Deo spiritus contributus; cor contritum et humiliatum, Deus, non despicias. » Unde liquet contritionem perfectam, quae silicet ex amore Dei super omnia preedit, diligere peccata omnia quamvis gravissima, ut fuere adulterium et homicidium Davidis: ita nimur ut Deus contineat illico omnem culpam et peccatum eternam condonem, eamque in peccatum temporarium committit: hanc enim ad disciplinam et satisfactionem penitenti luendam esse, ut iuit hic David, docent S. Ambrosius et Augustinus, iam citati, ac S. Gregorius, lib. IX *Moral.*, cap. XXVI: « Delingueri, ait, dominus nequam parcer, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc loco in se penitentis ponit, ut hoc Deus cum homine vindicaret percurrit. » Vide Bellarmine, lib. IV *De Peccatis*, cap. II, m. IV.**

Quocirca S. Ambrosius *Theodosium Imperatorum arguit*, quod ex ira toti milia Thessalonicensium ob dejectam uxoris sue statum occidisset, cum ille diceret Davidem quoque peccasse

cetero Urius, subiectus: « Qui secutus es errantem, sequare penitentem. » Et revera secutus est. Nam injunctum sibi ab Ambrosio penitentiam humiliter suscepit et explevit. Vide S. Ambrosius in *Orat. De funere Theodosii*, ac Bellarmine, lib. De principiis Christianis in Vita Theodosii, sub finem.

**NON MORIENS.** — Hinc videtur quod Deus, per Nathan intentans Davidis domini penitam gladii usque in sempiternum, etiam in ipsum Davidem tulerit sententiam mortis, decreveritque ut ipse quoque gladio Ammonitarum vel Absalonis, etc., occidetur, sicut eodem occiderat Uriam: hec enim est lex talionis, ut qui alium occidat, occidatur. *Ezodi. XI*, vers. 23: sed ob eximiam ejus penitentiam, penam hanc mitigavit, condonando scilicet ei vitam, dicendo: « Non morieris; » ac simul temperando et minnendo alias cedes, quas domui ejus per gladium se immisurum communis fuet. Ita Seranus, Abulensis, *Lycanus*, *Cajetanus*.

**44. VERUMTAMEN, QUONIAM BLASPHEMARE FECISTI INIMICOS DOMINI,** — ut dicent: Ecce quam sancti sunt Israelitae dei cultores, ac imprimitur eorum rex et propheta David, dicens est sanctitas populi Dei? Illecine pietas regum et prophetarum? Certe nostri dili tales non sunt, nec nos tales esse patiuntur.

Dicere huic quam grave sit peccatum scandali, presertim quo fidèles infidelibus dant occasio nem blasphemandi Deum. Audi Salvianum, lib. IV *De Gubernatione Dei*, sub finem, explicantem *quia blasphemare fecisti*: « Deposito diademate, projectis gemmis, exutis purpuris, renata omni splendoris regii dignitate, cumpro his omibus solitarius, genens, clausus, sacco squadratus, fletu madidis, cinere sordidatus, vilum parvuli sci tot lamentacione suffraginis peteret, et possimum Deum tanta precium ambitione priusaret: sic rogans et obscurans obtinere non potuit, cum tamquam, quod fortissimum penitentibus adjumentum est, impetraturum se, quod sic a Deo poteret credidisset. Ex quo intelligi potest, quod nullum penitus majoris pauculi crimen est, quam blasphemandi causam gentibus dare. Quicunque enim sine blasphemia aliorum graviter erraverit, sicut tantum aferat damnationem; qui autem alios blasphemare fecerit, multos secum precipitat in mortem; et necesse erit ut si pro tantis rebus, quanto secum traxerit in reatum. » Et nemulius interjectis: « Qui vero blasphemare alios peccans fecerit, necesse est peccatum hujus supra criminis humani esse mensuram; quia per convictionem plurimorum, inestimabilem Deo facti injuriam. Ille autem, ut dixi, multum peculiariter tantum Christianorum est, quia per eos tantum blasphematur Deus, qui bona dicit, et mala faciunt: qui, ut scriptum est, Deum verbis confitentur, et factis negant. » Adiunt S. Hieronymus et Iacobus Philisteus, etc., invadendi se saunum regum,

utpote qui jam se divina gratia et favore per tantum seclusus privasset.

**FILIIUS, QUI NATUS EST TIBI, MORTE MORIETUR,** — id est, certo et irremissibiliter morietur, ut siue ipsi scleris tui fuit objectum, sic et ejusdem sit placulum. Fuit haec poma tempora clementia. Nam cassit in bonum infantis, utpote qui in innocentia mortuus, salvis evasit; alioquin forte instar patris peccaturus et dammandus; atque ipsius Iudicis, utpote adulterius ejus, morte infantis quasi obliterans et sepeliens, ut doct. Theodoretus: sic enim consulunt fuit fama et honoris Davidi filium enim ex adulterio genuimus, quasi dederat ipsis Deus sustulit, ac pro eo alium legitimum et longe praestanorum dedidit, scilicet Salomonem. Addunt nonnulli Davidem ipsum tunc gravi morbo ad castigandam ejus libidinem fuisse percursum a Deo; id enim ipse significat Psalm. iv, qui est primus potentialis, quem proinde mox a peccati potentia compulisse videtur, dum ait: « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in iusta corripias me. Misere mei, quoniam infrinxim sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. » Et Psalm. xxxvi: « Non est sanitas in carne mea a facie ire tua: non est Pax ossibus meis. » Ita Salianus.

**23. NUNC AUTEM QUA MORTUS EST, QUARE JUDICEN?** — Nec enim eum a morte revocare potero, nec a peccatis Purgatorii liberare, utpote qui in innocentia mortuus nullus sustinet; securus est de Absalom, cuius mortem planxit David inconsolabiliter, quia in peccato parvicii erat mortuus, ideoque damnatus ad gehennam. Ita S. Hieronymus, epist. 24.

**24. ET CONSOLATUS EST DAVID BETHSABEE.** — Tradunt Hebrei Bethsabee, inuenientem ne et aliae proles similiiter morerentur, statuisse abstinere consortio Davidis, sed Davidem hunc metum ei excusasse, promittendo ex Dyo primum ejus futurum fore vitalem et felicissimum. Ita Pineda et Salianus.

**QUE GENUIT FILIUM, ET VOCAVIT** (non mater Bethsabee, ut vult Abulensis, sed ipse pater David, ait Serarius, Cajetanus et alii, ut patet ex masculino נָתַן יְהוָה, idque jussu Dei, et oraculo Dei edito per Nathan prophetam, I Paral. cap. xxii, 9) **NOMEN EIUS SALOMON,** — id est pacificus, quia scilicet iam David deo per potentiam reconciliatus, pacem et veniam sui peccati accepterat; unde in signum pacis Deus dederat ei humum filium, qui toto tempore regni sui futurus erat pacificus, ideoque typus Christi, qui est a pax nostra. Rursum pacificus, id est, dives, felix omniumque rerum copia (hanc enim Hebrei significavit pax) abundans, ait Abulensis, Pineda et alii. Audi Deum, lib. I Paralip. cap. xxii, 9: « Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus; faciam enim eum requiescentem ab omnibus iniurias suis per circuitum, et ob hanc causam

(Salomon, id est) pacificus vocabitur, et pacem, et ofium dabo in Israel cunctis diebus ejus. » Notat S. Hieronymus in *Tradit. in Genes. cap. xvii*, in veteri Testamento quatuor, antequam nascetur, a Deo nomen accepisse, scilicet Ismael, Isaiae, Salomonem et Josiam.

Et DOMINES DILECAT EUM, — preventit eum Deus sua gratia et denis, quia destinabat cum successorem Davidis, fabricatorem templi et typum Christi. Unde ergit Deus loco *Paralip.* jam citato: « Ipse edificabit dominum nomini meo, et ipse erit mihi in filium, et ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni ejus super Israel in aeternum. » Vide dicta cap. vii.

**25. MISITQUE IN MANU NATHAN** (id est per Nathan: manus enim significat medium, vel instrumentum) **PROPHETAE, ET VOCAVIT NOMEN EIUS, AMBIVIT DOMINO.** — Hebrei *Iedidia*, quod Aquila, teste Theod. et Procopio, verit. in *Domino*. Symmachus vero, segregatus a regnum; sed clarum est hebreica peritis significare, *ambitus domino*, ut fieri Nostr. Septuaginta, Vatablus, Chaldeus, Pagninus et alii. Abulensis sentit hos nomen esse appellativum, Pineda vero proprium, ita ut puer hic propria nomina habuerit duo, scilicet Salomon et Iedidia. Utrumque concilium dicendo, Iedidia esse nomen commune quidem, sed a Deo appropriatum Salomonem.

Aposito *Iedidia*, puta *Salomon*, fuit filius David, quasi dilectus dilecti; David enim dilectum significat, sed *Iedidia amplius*, scilicet *dilectum Dei vel a Deo*.

**Nota primo:** Ex hoc loco vers. 24, liquet quod Salomon paulo post mortem infantis ex adulterio concepti genitus sit, adeoque ei successerit, ut luctum matris leniret et aboleret. Unde sequitur Salomonem fuisse primogenitum Davidis ex Bethsabee. Ita Pineda, Salianus, Serarius et alii.

Dices: Salomon ultimo loco ponitur inter filios Bethsabee, lib. I Paralip. cap. iii, 6, ubi dicitur: « Nati sunt ei (Davidi) filii Simma, et Sobab, et Nathan, et Salomon; quatuor de Bethsabee. » Respondent aliqui tres priores, scilicet Simma, Sobab et Nathan, non fuisse filios Davidis, sed Urius prioris mariti, quos ipse ex Bethsabee uxore sibi generuit. Ita Abulensis, Lyrampus, Vatablus, Torriellus, Hugo et alii. Sed hoc repugnat textui, qui habet: « Nati sunt ei, scilicet Davidi, qui precessit. Item quod Lucas genealogiam Christi cap. iii, deducit ex Davide per Nathan; quod falsum esset, si Nathan ficeret filius Urius, non Davidis. Quare dicendum ibi non servari ordinem temporis, et nativitatis, ut nisi alibi subinde. Sic enim *Genes. xlix*, alio ordine resenserunt et hec dicundunt filii Jacob a patri, quam ab eo geniti sint *Genes. xxix* et *xxx*. Sic etiam in filiis Thare oris generationis non servatur, ut dixi *Genes. xi*, 26. Ita Theodoretus, Procopius, Cajetanus, Pineda, Salianus et alii.

**Nota secunda:** Ex hoc loco patet illico *post*

mortem infantis conceptum fuisse Salomonem. Hoc enim exigit vers. 24, ubi dicitur: « Et consecutus est David Bethsabee uxorem suam (lumentem infantis sui mortem), ingressusque ad eam, dormivit cum ea; que genuit filium, et vocavit nomen ejus Salomon. » Quare perperam nonnulli inter mortem infantis et nativitatem Salomonis quadriennum interponunt.

Nota *tertia*: Ille probabilitate colligitur Salomonem conceptionem fuisse anno 50 etatis Davidis, qui fuit regni ejus vigesimus, natum vero anno 51 etatis Davidis, qui fuit regni ejus 21. Nam David mortuus est anno 40 regni sui. Tuncque succedit ei Salomon, qui erat circa viginti annos, ut liquet ex eo quod iam tum genuerat Roboam filium, qui ei in regno successit: quia mortuus est Salomon anno regni sui 40, tuncque sucedens ei Roboam erat 41 annorum, ut dicitur III Reg. iv, 12. Quare necessum est ut Roboam uno anno ante regnum Salomonis ex a genitu sita Ita fere Pineda, Salianus et alii, licet alii alterant, et variis varie. Haec magis patebunt lib. III Reg. cap. i.

Quocirca accipe versimilem hanc de Davide chronotaxin Saliani et aliorum.

David anno etatis 49, qui fuit regni 19, in assertione peccavit cum Bethsabee, ex qua anno sequenti in vere natus est filius: quo, post paucos dies, mortuus, mox Bethsabee de Davide concepit Salomonem, quem post novem menses peccit Davidis 31, qui fuit regni ejus 21.

Eodem anno quo natus est Salomon, paulo post ejus natalem, Deus in panem adulterii Davidis permisit ejus filiam Thamar violari a fratre Ammoni, ut audiensus cap. seq.

Post biennium ab hac violatione, scilicet anno Davidis 33, qui fuit regni 23, Ammon ab Absalom fratre Davidino, et utero Thamar, occisus est, ut patet cap. xiii, vers. 23.

Absalom ab fratre Ammonem a se occisum fugit ad avum suum maternum regem Gessur, et apud eum mansit exul tribus annis, puta usque ad annum Davidis 36, qui fuit regni ejus 26, ut patet cap. xiii, vers. 38.

Finiente hoc anno Davidis 36, Joab Absalomum Davidi reconcilivavit per mulierem Thecunitam, sed ita ut Absalom non sit permisus videre faciem patris per biennium, ut patet cap. xiv, 28.

Post hoc biennium, nimirum anno Davidis 38, qui fuit regni 28, Absalom per Joab induxit est ad Davidem, qui osculando eum sibi reconciliavit.

Absalom cepit, anno sequente, qui fuit Davidis 39, ambi regnum, et patri machinari mortem; quare captavit, sibique devinxit animos plurium Hebreorum per omnes tribus: quo facto, anno proximo, qui fuit Davidis 60, regni 30, Absalom publicum bellum in patrem movit, in quo ipse cœesus est et suspensus, ac tribus lanceis a joab confosus occubuit, ut patet cap. xviii, 14.

David dicitur vixit adhuc et regnavit annis decem; mortuus est enim anno etatis 70, regni 40; cui successor Salomon annum agens vigesimum, qui regnavit annis 40, mortuusque est agens annum sexagesimum; junior ester illius avi, quia libido ejus corpus exhausterat, ut cito seneret et deficeret.

26. EXPUGNABAT (id est expugnare satagebat, acriter oppugnabat: nam postea a Davide expugnata est vers. 29; significatur ergo hic actus non perfectus, sed inchoatus) CREBEM REGIAM. — Rabboth, sive Philadelphia. Sic dicitur *Psalm. cxxviii*, vers. 1, « ex parte expugnaverunt, » id est oppugnabant, « me, » unde sequitur: « Etenim non potuerunt, id est non prevaleverunt, » mili. »

27. ET CAPIENDA EST CREB AQUARUM. — Septuaginta et Chaldeus, et cepi urbem aquarum. Unde Cajetanus et Serarius opinantur urbis Rabboth duas fuisse partes, unam interiorem, alteram exteriorem, que dicta sit « urbs Aquarum, » quam ceperit Joab; sed interiorem capiendam reservarat David. Verum versio Vulgata, que habet, *capienda est* (et hoc exigit eum conversivum in Hebreo, quod est in *Exodus* 22: regiam; hoc enim verit pristerum in futurum), contrarium indicat, scilicet Joab non cepisse quidquam, sed totam urbem capiendam reservasse bavidi; quare « urbs Aquarum » non est alia quam « Rabboth. » Ita Josephus, Lyrampus, Hugo, Abulensis, Dionysius et alii.

Dices, I Paral. xx, 4, dicitur: « Percussit Joab Rabboth. » Respondeo: « Percussit, » quia, ut paulo ante ibidem praecessit, Joab vastavi totam regionem circumirecta et multis civium Rabba occidit, ac tandem advocato Davide eam cepit. Totaenim virtus et laus expugnat et vastatae urbis Rabba debebant Joab, licet ipse ex modestia laudem hanc dederit Davidi; sed cur « Rabboth » vocatur « urbs aquarum? » Respondeat Abulensis, eo quod aliquid Tigri et Euphrates, sicut iisdem alluit Harran sive Charre in Mesopotamia, et Babylon in Chaldea. Verum Tigris et Euphrates longe absunt a Philadelphia. Alter respondent nonnulli cum Lyrano, scilicet, quod ubi hec sita esset in locis palustribus, ideoque aquis abundant. Verum dico Serario, Saliano, Adrichomio et alii, causam esse quod Philadelphium circumfluit torrens Jacob, qui ortus ex Arabia montibus regionem Ammonitarum terminat, et in Jordane influit, ut docet S. Hieronymus in *Locus Hebraicus*. Porro Ammonite his aquis praesidentes potabunt urbem esse inexpugnabilem, ideoque Joab et Hebreos obdidentem contempserunt, eorumque obsidionem per annum sustinuerunt.

28. NUNC IGITER, etc., CAPE EAM, NE, CUM A ME VASTATA FUERIT URBS, NOMINI MEO ASCRIBATUR VICTORIA. — Mirare hic fidelitatem et modestiam ducis Joab, qui refutans gloriam urbis mox capientes sibi debitam, quam bellis duces adeo ambire solent, eam in solidum transcribit in regem suum Davidem.

Unde tropotogice discant Christiani gloriam suorum operum, licet heroicorum, totam resignare in Davidem verum, id est in Christum et Deum, quia ipse eorum est causa totalis; licet enim homo per naturam et liberum arbitrium libere operetur, fames tota dignitas eorumdem est a gratia Christi. Opus enim charitatis v. g. libertatem habet ab homine, quod scilicet sit opus liberum non coactum vel necessarium, sed a Christi gratia habet quod sit supernaturale. Deo gratum et meritorum glorie aeternae. Soli Christo ergo debetur ejus deus, laus et gloria. Hoc est quod ipse ait: «Gloria meam alteri non dabo», Isaias XLVIII, 11. Ipse enim totam utilitatem, meritum et premium operis boni liberaliter donat homini operari; omnem vero ejus gloriam sibi reservat. Unde vigilis et quatuor seniora mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam, et honorum, et virtutum, quia tu creasti omnia». Apocal. cap. IV, 10, ac consequenter creasti ipsum liberum arbitrium nostrum, eique vim cooperandi gratiae tribuisti, ac gratia tua preveniente illud et excitasti ad bene operandum, ac operanti per gratiam cooperantem cooperatus es. Dicamus ergo cum Psalmo, cum quid boni agimus: «Non nobis, Domine, non nobis, sed nominatio domino:» Psal. cxliii. Unde allegoricus Angelomus: «dux David, inquit, contra hostes bellum agit, cum ordo saeculorum predicatorum, contra mundi potentes, sentium fidei opponit. Sed finis certaminis et triumphus belli ad regem Christum sollemnmodo defertur; quia ipsi omnis potestas et potestio regni ascribatur. Deus est enim (secundum Apostolum) qui operatur in nobis et velle perficer, et ipse triumphat non semper in Christo Iesu.»

30. ET TULIT DIADEMA REGIS FORUM (Hebraice Melchom, id est *idoli*, sive deorum qui habebat formam *Tzadik melech*, id est *regis*) PONDUS (habens in pondere, sive ponderos) AURI TALESTUM. — Audi I Paralip. xx, 2: «Tulit David coronam Melchom de capite ejus, et *venit in ea aurum pondus talem*, et pretiosissimas gemmas, fuscum sibi inde diadema,» puta ex parte ejus; totum enim auri pondus, puta capite suo gestare non potuisse. Talentum enim Hebreorum confinalib. libras 123<sup>(1)</sup>, ut ostendi tractatu *De Mensuris*, in fine Pentateuchi. Quis rex ferret in capite coronam 123 librarum? partem ergo talenti David impedit corone sue, reliquum vero in alia templi vel palati sui ornamenta distribuit. Nisi quis dicat Davidem hoc diadema non gestasse in capite, sed supra caput alligavi vel affligi jussisse in throno et conopeo regio, ut capitl sedentis Davidis in throno jugiter immiceret, quod sat est verisimile.

(1) Alii dicunt octoginta libras, et forte quidem duo et trigesima libras. Ita Iahn et Glare Parisii Schola Theologica Professor.

Allegoricus Angelomus: «Coronam, inquit, regis populi hostis David de capite tulit, et diademam inde sibi formavit, cum Redemptor noster ex contraria potestate regnum auferens subiicit insigne decorum paravit. Que autem melius corona David intelligitur, quam conventus populi Catholicorum? que caput nostrum regem, videlicet Christum, corda credulo nobiliter ambit, et digne conversans decenter coronat? Omnis enim sanctus sacerdotus labor, et certamen atque Victoria, ad honorem ecclesie regis referuntur; quia ipse est, cui omne genu flexit, et ceterum, et terrestrem atque infernorum; et omnis lingua confitetur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est dei Patris. Huncque Angelomus.

31. POPULUM QUOCO EJUS ADDUCENS SURVANIT, ET CIRCUMEGIT SUPER EOS FERRATA CARPENTA, — que scilicet rotis ferratis et dentatis ad frumentum et spicis excutendum instructa erant, ait S. Hieronymus in Amos cap. i. Unde I Paralip. xx, 3, dicitur: «Et fecit super eos tribulas, et trahas, et ferrata carpenta transire, ita ut dissecarentur et contererentur, » juxta illud Virgilii, Georg. I:

Tribuleque trahaque, et iniquo ponde rastri.

Sic Damasceni «trituraverunt in plaustris ferratis Galadi, » Amos 1, 3.

ET TRADUXIT IN TYPО LATERUM. — Vatabulus, conjetit eos in fornacem lateritiam, vel calcariam, in qua scilicet conquantur lateres vel calx, ut in caustularientur. Sic et Serarius, Sanchez et alii. Hebraice enim *תְּלִבָּה malben* (pro quo perperam Caietanus legit *תְּלִבָּה malchen*) significat lateriticianum, hoc est locum ubi fium lateres. Verum quia duplex est hic locus: nam *primo* lateres formant ex luto in area, deinde conquantur in fornace; hinc incertum est, ait Marinus in Lexico, animalium priorem locum, an posteriorem significet: plures centurie priorem significare, q. d. Sicut in loco ubi ex argilla formantur lateres, massa limosa cum paleis identem a figuris finduntur, ut fiat debita commixtio, et diverse materie unio, ex qua formantur lateres; ita David Ammonit instar masse limosi dissecuit, et crabis gladiorum ictibus disedit et lacerasit. Hoc exigit Vulgata, veritas, in typо laterum; typus enim vel significat similitudinem (q. d. instar laterum), vel potius officinam, formam et formationem laterum, q. d. Sicut in officina lateritia formantur lateres, orebro massam limosam traducunt, id est volvendo, subigendo, calcando, adequadando, misciendo, findiendo, sondando; sic pariter David Ammonit in area, et forte officina lateritia traduxit, id est volvavit, subegit, calcavit, discidit et dissecuit. Ita S. Hieronymus in Tradit.: «Divisit, inquit, eos cultris sicut lateres dividit solent, qui ex paleis et luto conficiuntur. » Sic et Angelomus, Lyranus et alii. Explicat enim *to dividisse* eos cultris, et omnia praecedentia lateritione significant, non usitatum. Accedit Chaldeus, qui verit, teste Paginio

in Lexico: *Serravit*, vel *raptaxit*, vel *laceravit* eos in plateis, id est lateriticioris; has enim Chaldeus vocat *plateas*, eo quod in eis ordinatae ponantur strata laterum, uti ponuntur et ordinantur lapides in pavimento plateorum; unde figuli nos latores in quadrangulis dispositos in ordinant ut plateas facere videantur. Accedit Septuaginta, qui verit, *transire fecit*, vel *trahavit eos*, *δια την πλατειαν* (perperam Complutensis et aliis legunt *πλατειαν*, quod Graece nihil significat, licet ipsi vertunt, *αγοραν*), id est per lateriticium. Addit Theodoretus in cap. xxi, *πλατειαν* significare quaque aciem quadratam, sicut quadrantes latores: quasi David coegerit Ammonitam transire per hanc Hebreorum aciem, ut ab ea basitis et gladiis confundere. quod Galli dicunt: *Passer par les pieges*.

Porro noster Sanchez censem Davidem huc fecisse ante peccati sui premitentiam, quo tempore David in fermento erat, et in medio peccatorum sedis alius a seipso, quique libentibus suis affectibus, quantumcumque immoderata profusio, quam dei voluntari serviebat. Quare putat Davidem in hac suppliciorum acerbitate gravissimum commissum peccatum. Verum ali censunt Davidem hinc fecisse eo ordine, quo hic narratur, scilicet post premitentiam (in ejus enim mercede et premissum hanc Davidi victoriam dedisse videtur Dens), idoquod eum a peccato savit exonsant, eo quod

## CAPUT DECIMUM TERTIUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Amnon vim infert Thamar: quare ab Absalom fratre Thamar invitatus ad convivium, vers. 23, in eod occiditur. Mox, vers. 34, Absalom fugit ad avum suum maternum regem Gessur.*

1. Factum est autem, post haec, ut Absalom filii David sororem speciosissimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David, 2. et desperaret eam valde, ita ut propter amorem ejus aggreditur; quia cum esset virgo, difficile ei videbatur ut quipiam in honeste ageret cum ea. 3. Erat autem Amnon amicus, nomine Jonadab, filius Semmae fratris David, vir prudens valde. 4. Qui dixit ad eum: Quare si attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo. 5. Cui respondit Jonadab: Cuba super lectum tuum, et languorem simula; cumque venerit pater tuus ut visiter te, dic ei: Veniat ora, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, et faciat pulmentum ut comedam de manu ejus. 6. Accubuit itaque Amnon, et quasi aggrotare cepit; cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut facias in oculis meis duas sorbitiunculas, et cibum capiam de manu ejus. 7. Misit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, et fac ei pulmentum. 8. Venit Thamar in domum Amnon fratris sui; ille autem jacebat: quae tollens farinam commisicit, et liquefaciens, in oculis ejus coxit sorbitiunculas. 9. Tollensque quod coxerat, effudit, et posuit coram eo, et noluit comedere; dixitque Amnon: Ejicite universos a me.

Cumque ejecissent omnes, 10. dixit Amnon ad Thamar : Infer cibum in conclave, ut vesca de manu tua. Tuli ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, et intulit ad Amnon fratrem suum in conclave. 11. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, et ait : Veni, cubamecum, soror mea. 12. Quæ respondit ei : Noli, frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel; noli facere stultitiam hanc. 13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, et tu eris quasi unus de insipientibus in Israel; quin potius loquere ad regem, et non negabit me tibi. 14. Noluit autem acquiscere precibus ejus; sed prævalens viribus oppressit eam, et cubavit cum ea. 15. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis; ita ut mias esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon : Surge, et vade. 16. Quæ respondit ei : Majus est hoc malum quod nunc agis adversum me, quam quod ante fecisti, expellens me. Et noluit audire eam; 17. sed vocato puer qui ministrabat ei, dixit : Ejice hanc a me foras, et claudo ostium post eam. 18. Quæ induita erat talari tunica; hujuscemodi enim filie regis virginis vestibus utebantur. Ejicit itaque eam minister illius foras, clausisque fores post eam. 19. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, et clamans. 20. Dixit autem et Absalom frater suus : Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc, soror, tace: frater tuus est; neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratri sui. 21. Cum autem audisset rex David verba hæc, contristatus est valde, et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. 22. Porro non est locutus Absalom ad Amnon, nec malum nec bonum; oderat enim Absalom Amnon, eo quod violasset Thamar sororem suam. 23. Factum est autem post tempus biennii, ut tenderentur overs Absalom in Baalhasor, quæ est iuxta Ephraim, et vocavit Absalom omnes filios regis; 24. venitque ad regem, et ait ad eum : Ecce tendentur overs servi tui; veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum. 25. Dixitque rex ad Absalom : Noli, fili mi, noli rogare ut veniamus omnes, et gravemus te. Cum autem cogeret eum, et noluisset ire, benedixit ei. 26. Et ait Absalom : Si non vis venire, veniat, oscuro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex : Non est necesse ut vadat tecum. 27. Coegit itaque Absalom eum, et dimisit cum eo Amnon et universos filios regis. Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis. 28. Praeceperat autem Absalom pueris suis, dicens : Observate cum temulentus fuerit Amnon vino, et dixerit vobis : Percutite eum, et interficite; nolite timere, ego enim sum qui praecipio vobis, roboranini, et estote vii fortes. 29. Fecerunt ergo pueri Absalom adversum Amnon sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, et fugerunt. 30. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens : Percussit Absalom omnes filios regis, et non remansit ex eis saltem unus. 31. Surrexit itaque rex, et scidit vestimenta sua, et cedidit super terram; et omnes servi illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. 32. Respondens autem Jonadab filius Semmae fratris David, dixit : Ne astimet dominus meus rex quod omnes pueri filii regis occisi sint; Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem ejus. 33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens : Omnes filii regis occisi sunt, quoniam Amnon solus mortuus est. 34. Fugit autem Absalom, et elevavit puer speculator oculos suos, et aspergit; et ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis. 35. Dixit autem Jonadab ad regem : Ecce filii regis adiut; juxta verbum servi tui sic factum est. 36. Cumque cessasset loqui, apparuerunt et filii regis: et intrantes levaverunt vocem suam, et fleverunt; sed et rex et omnes servi ejus fleverunt ploratu magno nimis. 37. Porro Absalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus. 38. Absalom autem cum fugisset, et venisset in Gessur, fuit ibi tri-

bus annis. 39. Cessavitque rex David persequi Absalom, eo quod consolatus esset ēmper. Amnon interitu.

1. FACTUM EST AUTEM, POST HÆC, UT ABSALOM FILIUS DAVID SOROREM SPECIOSISSIMAM, VOCABULU THAMAR, ADAMARET AMNON FILIUS DAVID. — Ergo erat Thamar a soror Amnon agnata, puta ex eodem patre Davide, sed ex alia matre; Amnon enim natus erat ex Achimone Jezaelitide. Eadem Thamar soror erat germana Absalom ex eodem patre Davide, et eadem matre, scilicet Tholmai filia regis Gessur, ut dictum est cap. iii, vers. 2, ideoque Absalom soror sua germana stuprum ultus est aude Amnon fratri sui. Porro Thamar Hebraice idem est quod palma: Absalon (quonam concise et corrupte multi nominant Absalon) patris pars; Amnon filius et stabilius: quare hec nomina non nisi per antiphrasis dictis personis competunt, sicut bellum dicunt, quasi minimus bellum et pulchrum. Amnon enim fuit infidelis et instabilis: Absalom turbavit regnum Davidis, Thamar virtutem passa est, quod palma invicta non patitur.

2. ITA UT PROPTER AMOREM EIUS EGROTARET. — Hic morbus amoris a medicis vocatur fœtus, id est amator, quo homo totus languescit, macræscit, macræscit, contabescit et amoris vehementia. Hoc morbo laborabat sponsa Cantigorum, cap. ii, vers. 5, dicens : « Fulcite me fœtibus, stipate me mali, quia amore langueo. » Vide ibi dicta. Simili morbo, sed carnali laborabat Antiochus Seleuci regis filius ex amore Stratonicæ novercae sua contabescens, idque præ pudore exprimere non audens. Causam hamoñorū deprehendit Erasistratus medicus, cum ad introitum Stratonicæ videtur Antiochum languentem rubore perfundi, et spiritu increscere, eaque egrediente pallere, et excitatiorem anæstheticum reciprocare, protinusque rem Selenu patri exposuit, qui Stratonicæ concessit filio, ut eum in vita servaret, teste Appiano in *Syriacis*, et Valerio Maximo, lib. vi, cap. vii. Eudem morbum diabolus immisit sanctimoniali cuiudam, ut se moritur clamaret, nisi ex eam veniret Benedictus Monachus, id est, demon quidam, qui speciem monachi assumpserat, seque vocabat Benedictum; quam S. Equitius suis precibus et meritis sanati, menti et castitati restitut, ut narrat S. Gregorius, lib. i *Dialog.* cap. iv.

CUM ESSET VIRGO, — que domi a patre Davide in Gyneco, vel potius Parthenone inter ceteras virginies filiasque regis magna cura et custodia servabatur.

43. LOQUERE AD REGEM, ET NON NEGABIT ME TIBI. — Existimabat puella simplex et ignara legis id posse fieri; licet enim esse conjugium inter fratrem et sororem, si illa duntaxat esset agnata ex alia scilicet matre, ut erat Thamar; hoc enim licet esse censuit R. Salomon apud Lyranum; sed erravit. Lex enim *Levit. xviii, 17*, expresse omne conjugium inter fratres et sorores, etiam ex altero dun-

taxat parente, vetat sub pena mortis. Certe, si Thamar id ipsum scivit, hanc excusationem sue violationi preterit, ut tempus redimeret, et ex periculum tam evidenti elaberetur, ac manus Amnon amor furens evaderet, ut innuit Josephus et assertit Se rarius.

44. OPPRESSIT EAM. — Ecce stuprum Amnonis vim inferens sorori sua. Permisit hoc Deus ad castigandum adulterium Davidis patris. Amnon enim fuit filius Davidis primogenitus, eique dilectissimus, qui patris libidinem secutus vitavit suam sororem. Hinc discant parentes esse casti ut filios exemplo magis quam verbo doceant etiam. Si enim sint incesti, filii eorum incesti imitabantur.

45. ET EXOSAM EAM HABUIT AMNON ODIO MAGNO NI MIS. — Naturalis ratio hujus odii, ait Cajetanus, philosophis redditur, quod in tanto amore multa fiat seminis effusio, quæ valde alterat et immutat dispositionem et temperamentum interiorum humorum; et consequenter affectus mutat in contrarium, puta amorem in odium, quia sentiunt damna ingentia suam amoris et libidinis effusæ. Audi Aristotalem, lib. IV, *Problem. 11*: « Cur adolescentulæ, cum primo concubente incipiunt quibuscum fuerint con gressi, eas re peracta odio habent? An quod ratione summa existirerit, sequentis tristitiae memores, eam fugient tanquam somtem, ad quam esse applicerunt? » Idem ibidem, *Prob. 6*: « Cur, inquit, omnium maxime animantium homo, postquam concebut, dissolvitur et languescit? An quod semen proportione sui corporis plurimum emitit? »

Addit Abulensis ex peculiari Dei providentia et castigatione id factum esse, et fieri solitum, ut scilicet ad illum amorem, qui excessive irrationabilis est, excessivum odium consequatur; ut hac ratione peccanti pena congrua detur per opposita. Dei enim statutum est, ut illi qui valde inique agunt, sibi ipsi nullo etiam puniente pena sint. Unde S. Augustinus in *Confession.*: « Jussisti, Domine, et sic est, ut pena sibi sit omnis inordinatio animus. » Idem, serm. 14 *De Verbis Domini secundum Matth.*: « Unicunque sua cupiditas, ait, tempestas est. »

Similes amantium conversiones in odia extrema necessas mutuas recenserunt passim in *Tragicis*, ut apud Senecam in *Meleam*, quæ anastum suum Jasonem postea ita odit, ut in eis vindictam communes filios ipso cernente, nec tamen impedit valente, jugularit. Atque has poemata Poete vocant *Furias*, quia ex furentibus cogitationibus promantur. Sic Semiramis amatos suos, et inter eos filium suum atrociiter occidit. Vide Abu-Zensem in fine cap. fuse dissenserent de vi et proprietatibus amoris. Aliam odii causam com-

miniscetur Rabbini, scilicet quod Thamar stupro Ammon resistens, cum eo luctando ejus genitalia lascerit, ut ea debuerint abscondi; sed haec cerebri Rabbinici crasse sunt imaginationes et figurae.

16. **QUE RESPONDIT :** MAJUS EST HOC MALUM QUOD NUNC AGIS ADVERSUS ME, QUAM QUOD ANTE FECISTI, EXPELLENS ME, — tum quia expulsio hec erat publica et infamis, cum violatio fuisse secretum et oculata; tum quia probrosa expulsio augebat dolorem ex violatione conceptionis; cum enim Ammon debuisse tam eam a violata solar, eisque blandiri, hostiles et ignominiosus expulit eam; tum quia Thamar spernabat quod Ammon vitium sibi illatum tegebat, vel illud celando, vel se in uxorem duendo; jam autem expulsa videbat et vitium publicari, et conjugium suum ab Amnone refutari; tum denique quia per hanc expulsionem cernerbat se ab omnibus contumescendum et repudandam, ut nullus eam sibi postularet uxorem. Putabant enim plerique Ammon vitium aliquod in reprehendisse, ob quod eam ita inhumaniter expulisset. Quare quisque, hoc vitium fugiens, eam spernabat; unde ipsa domi macta et desolata contubuit, ut dicitur vers. 20.

19. **INPOSITUS MANUBS SUPER CARPUM SUUM,** — ut prie pudore manubis velaret faciem, in qua est sedes verundae.

20. **SED NUNC, SOROR, TACE :** FRATER TUUS EST, — q. d. Gravior esset injuria, si ab extremitate, vel homine villy oppressa fuisses; jam autem violata es a filio regis primogenito, fratre tuo, a quo carere non debebas. Quare facile scient omnes te non consenseris, sed vi opprassam a filio regis, cui omnia licent. Hac ergo cogitatione solare et mitigare dolorum tuum. Ita Abulensis.

21. **NOLUIT CONTRISTRARE STUPRUM AMNON FILIUM SUI.** — Hinc verba non sunt in Hebreo, Chaldeo et Septuaginta. Peccavit David non corrigit, nec castigando Amnon filium suum de hoc tam infam stipro, presertim cum lex, *Levitici* xx, 17, id judicial. Quare justo Dei iudicio inde secuta sunt tot tantaque mala, dumnaque tam David quam Amnoni: nam hic occisus vitam perdidit, ille penes

regnum cum vita amisit, aliisque sororis sua violationem Absalom. Ita Abulensis, qui censem Davidem debuisse Ammonem ab stuprum morte punire, uti sancti lex; licet Cajotanus cum excusat a tam gravi punitione, eo quod crimen esset occultum, ne illo teste probari posset. Addo quod Ammon esset primogenitus, heres et successor in regnum, ideoque in vita ob publicum reprobabile bonum servandus, et mitiori pena easfigandus.

23. **FACUT EST AUTEM POST TEMPUS BIENNI.** — Ille patet eadem Ammon configuisse biennio post stuprum ab eo illatum Thamar: tam citio Dei vindicta persevera est seculorum et incestum, cumque vita et regno privavit. Erat enim primogenitus, et Davidi in deliciis, ideoque in eius regnum successurus.

24. **ECE TONDENTUR OVES SERVI TUL.** — Absalom ergo filius regis erat pecorarius, curamque habebat ovium et pecorum, ut et ceteri principes illici. *Evi* candidi et simplices.

25. **BENEDIXIT EI,** — q. d. David Absalom bone preputias est, itaque cum dimisi, dicendo, v. g. *Vnde in pace.* *Unde Vatabulus vertit, valedixit ei.*

29. **FUGERUNT,** — timentes ne occiderentur, ut Ammon; quasi Absalom solus cuperet esse superstes, ut patri in regnum succederet, ne quis alius fratrum praefecture. Sieut Turea, cum habet problem, omnes fratres occidit, ne ipsi regnum invadantur.

32. **QUONIAM IN ORE ABSALOM ERAT,** — q. d. Amnon erat in Absalom oculis et ore, ut frequenter de dilectione stupri ab eo sorori suae illati loquenter. Quod enim est in corde, hoc ebulli in os.

37. **ABSALOM FUGENS ABIT AD THOLOMAM FILIUM AMMIUD REGEN GESSUR.** — Fugit ergo ad avum suum maternum; ipse enim erat filius filio Tholomai regis Gessuri, ut dictum est capite ui, vers. 3. *Ita enim nepotem suum recepit, et tutatus est, eo quod ipse Thamar neptis pariter eum stuprum ultus fuisse cede Amnon stupratoris.*

38. **FUR IN TRIBUS ANNIS.** — Hinc patet chronotaxis rerum tunc gestarum, quam assignavit cap. xi, vers. 23.

## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Job per Theophilum blandiloquentiam Absalom reconciliat Davidi, sed ita ut ipse eum ad conspectum non admittat. Deinde, vers. 23, describitur Absalom pulchritudo, cassaries, proles ac successio segetum Job: quia re excusis Job cum ad Davidis osculatu admitti procurat.*

1. Intelligens autem Job, filius Sarvæ, quod cor regis versum esset ad Absalom, 2. misit Theuanum, et tulit inde mulierem sapientem, dixitque ad eam: *Lugere te simus, c: induere ueste lugubri, et ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum,*

3. et ingredieris ad regem, et loqueris ad eum sermones hujuscemodi. Posuit autem Joab verba in ore ejus. 4. Itaque cum ingressa fuisset mulier Theophilus ad regem, cedidit coram eo super terram, et adoravit, et dixit: *Serva me, rex.* 5. Et ait ad eam rex: *Quid cause habes?* Quæ respondit: *Ite! mulier vidua ego sum; mortuus est enim vir meus.* 6. Et amissa tua erant duo filii qui rixati sunt adversus se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset; et percussit alter alterum, et interfecit eum. 7. Et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam, dicit: *Trade eum qui percussit fratrem tuum, ut occidamus eum pro anima fratris tui quem interfecit, et deleamus heredem;* et quarunt extinguire scintillam meam que relicta est, ut non superserit viro meo nomen, et reliquia super terram. 8. Et ait rex ad mulierem: *Vade in domum tuam, et ego iubabo pro te.* 9. Dixitque mulier Theophilus ad regem: *In me, domine mi rex, sit iniurias, et in domum patris mei; rex autem et thronus ejus sit innocens.* 10. Et ait rex: *Qui co-tradixit tibi, addue eum ad me, et ultra non addet ut tangat te.* 11. Quæ ait: *Recordeor rex Domini Dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinibus ad ulciscendum, et nequaquam interficiant filium meum.* Qui ait: *Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.* 12. Dixit ergo mulier: *Locutus ancilla tua ad dominum meum regem verbum.* Et ait: *Loquere.* 13. Dixitque mulier: *Quare cogitasti hujuscemodi rem contra populum Dei, et locutus est rex verbum istud, ut peccet, et non reducat eum regum?* 14. *Omnis moritur, et quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur;* nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abjectus est. 15. *Nun igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, presente populo.* Et dixit ancilla tua: *Locutus est rex verbum anciille sum.* 16. *Et audiuit rex, ut liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hereditate Dei delere me, et filium meum simul.* 17. *Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum dominii mei regis sicut sacrificium.* Sieut enim Angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione nec malodictione moveatur; unde et Dominus Deus tuus est tecum. 18. *Et respondens rex, dixit ad mulierem:* *Ne abscedas a me verbum quod tu interrogasti.* Dixitque ei mulier: *Loquere, domine mi rex.* 19. *Et ait rex:* *Numquid manus Job tecum est in omnibus istis?* Respondit mulier, et ait: *Per salutem animas tuas, domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est, ex omnibus his que locutus est dominus meus rex; servus enim tuus Joab ipse praceperit illi, et ipse posuit in os ancille tua omnia verba haec.* 20. *Ut verterem figuram sermonis hujus, servus tuus Joab praecepit istud; tu autem, domine mi rex, sapiens es siue habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.* 21. *Et ait rex ad Job:* *Ecce placatus feci verbum tuum; vade ergo, et revoca puerum Absalom.* 22. Cadensque Job super faciem suam in terram adoravit et benedictus regi, et dixit Job: *Hodie intellexi servus tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex; fecisti enim sermonem servi tui.* 23. Surrexit ergo Job et abiit in Gessur, et adduxit Absalom in Ierusalem. 24. Dixit autem rex: *Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat.* Reversus est itaque Absalom in domum suam, et faciem regis non vidit. 25. Porro sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, et decorus nimis; a vestigio pedis usque ad verticem non erat in eolla macula. 26. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cesaries), ponderabat capillus capitis sui ducenti siclis, pondere publico. 27. Nati sunt autem Absalom filii tres, et filia una nomine Thamar, elegantis forma. 28. Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis, et faciem regis non vidit. 29. Misi itaque ad Job, ut mitteret eum ad regem, qui noluit venire ad eum. Cumque secundo misisset, et ille noluisse venire ad eum, 30. dixit servis suis: *Scitis agrum Job juxta agrum meum, habentem messem hordei: ite igitur, et succendite eum igni.* Succederunt ergo servi Absalom segetem igni. Et venientes servi Job, scissis vestibus suis, dixerunt: *Succenderunt servi Absalom*